

Henricus Bella, a Dominican friar and priest from the diocese of Turku, once assaulted a layman who was supposed to maintain the organ bellows but did not do his job well. Henricus hit him on the back five times with a stick. Three days later the layman was struck down with a pestilent abscess in his left armpit. Since the plague was raging there at the time and the examination of the layman had shown no bruises from the blows he had received, it was considered that he died because of the inflamed abscess and not from the blows. Henricus nevertheless abstained from celebrating after these events. Philippus, cardinal priest of San Lorenzo in Lucina, refers the case to the auditor Anthonius de Grassis for inspection and commissions the diocesan bishop to declare Henricus innocent of homicide and not irregular, on condition that the facts above are true.

Frater Henricus Bella presbyter Aboensis diocesis professus ordinis fratrum predicatorum *exponit*, quod, cum alias quidam laicus pro ducendis follibus pro flatu organorum ministrando extitisset tunc depputatus, qui quidem laicus in exercitio illo minus debite servivit, 5 propter quod dictus orator ira provocatus prefatum laicum cum quodam parvo baculo in dorso supra tunicam quinque ictibus percussit. Tertio vero die sub assella sinistra dictus laicus apostemate pestilentiali fuit percussus. Cum pestis ibidem vigerit et super verberibus baculi huiusmodi nichil lesionis rubei sive lividi per examinem deputatum 10 extitit eventum sed ex inflatione dicti apostematis ingressus est viam carnis universe. De cuius morte exponens prefatus plurimum doluit, prout dolet de presenti. Qui tandem a celebratione divinorum postmodum reverenter abstinuit, quoniam bonarum mentium est ibi culpam timere, ubi culpa minime reperitur. Quandoque et a nonnullis 15 simplicibus et iuris<ignaris> asseritur ipsum propter premissis homicidii reatum incurrisse ac inhabilitatis et irregularitatis notam contraxisse, ad obstruenda igitur ora talium et aliorum sibi super hoc obloqui volentium emulorum supplicat exponens sanctitati vestre, quatenus ipsum premissorum occasione nullum homicidii reatum incurrisse nullamque 20 irregularitatis sive inhabilitatis notam contraxisse misericorditer declarari mandare dignemini ut in forma. Fiat ut infra. Philippus sancti Laurentii in Lucina. Videat eam dominus Anthonius de Grassis. Philippus. Comittatur ordinario, quod, si vocatis vocandis sibi con-

14:98r

116 Rome Idus Decembris *in marg. sin.*; Aboensis diocesis *in marg. dext.* | 116,4 depputatus] *i.e.* deputatus | exercitio] *i.e.* exercitio | 7 assella] *i.e.* ascella | 13 est + ubi culpam timere ubi culpam minime timere *ante corr. cod.* | 17 sibi] *post corr. cod.* | 22 Videat...Philippus] *in sin. parte pag.* | 23 Comittatur...26 petitur (*i.e.* committatur ...)] *in dext. parte pag.*

116,13 quoniam...reperitur] X 5.12.12 (FRIEDBERG II, col. 800).

stiterit, quod laicus prefatus non ex percussionibus predictis sed ex alia,
ut prefertur, infirmitate, que a dictis percussionibus prorsus radicem 25
non habuit, mortuus sit et de aliis expositis, declaret, ut petitur.